



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN


## Die XXV. Junii Festum S. Gulielmi Abbatis


Paderbornæ, ca. 1785


---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60426)

IUV  
1510  
-A







A  
P  
re  
of  
av  
O  
m  
d  
d  
P

DIE XXV. JUNII  
FESTUM  
S. GULIELMI ABBATIS,  
Duplex minus.

Omnia de Communi Confess. non Pont.  
praeter ea, quae sequuntur.

ORATIO.

Deus, qui infirmitati nostrae ad terendum salutis viam in Sanctis tuis exemplum et praesidium collocasti: da nobis, ita beati Gulielmi Abbatis merita venerari, ut ejusdem excipiamus suffragia, et vestigia prosequamur. Per Dominum etc.

IN I. NOCTURNO.

*Lectioes de Script. occurr.*

IN II. NOCTURNO.

*Lectio IV.*

Gulielmus nobilibus parentibus Vercellis in Insubria natus, vix quartum decimum aetatis annum expleverat, cum, miro quodam pietatis ardore flagrans, Compostellanam peregrinationem ad celeberrimum sancti Jacobi templum aggressus est. Quod iter una amictus tunica, ac duplici ferreo circulo praecinctus, nudisque pedibus profecutus, asperrima frigoris et aestus, famis et sitis summo cum vitae discrimi-

discrimine perpeffus est incommoda. Re-  
verfus in Italiam, novam ad sanctum Do-  
mini Sepulchrum peregrinationem moli-  
tur; fed quo minus propositum exequa-  
tur, varia atque graviffima intercedunt  
impedimenta, divino Numine ad altiora  
et fanctiora religiosam juvenis indolem re-  
trahente. Porro in Soliculo monte bien-  
nium inter affiduas preces, vigilias, cha-  
meunias et jejunia commoratus, divina  
subnixus ope, coeco lumen restituit; cu-  
jus miraculi fama percrebrefcente, jam  
Gulielmus latere non poterat; quare ite-  
rum Hierofolymam cogitat, et alacris fe  
itineri committit. *R.* Honestum fecit etc.

#### *Lectio V.*

Dei autem monitu, qui eidem appa-  
ruit, à proposito revocatur, utilior et  
fructuosior tam apud Italos quam apud  
exteras nationes futurus. Tum monaste-  
rium in Virgiliani montis cacumine, quod  
deinde Virginis est appellatum, loco aspe-  
ro et inaccesso miranda exaedificat celeri-  
tate. Socios deinde viros religiosos ad-  
fciscit, eosque ad vivendi normam, Evan-  
gelicis praeceptis et conficis summopere  
accommodatam, tum certis legibus, ex  
beati Benedicti instituto magna ex parte  
de-

desumptis, tum verbo et sanctissimae vitae exemplis informat.

R. Amavit eum etc.

### *Lectio VI.*

Aliis deinde monasteriis erectis, clarior in dies Gulielmi facta sanctitas, multos ad eum undique viros perducit, sanctitatis odore et miraculorum famâ allectos. Nam muti loquelam, surdi auditum, aridi vigorem, varioque et immedicabili morbo laborantes, sanitatem ipsius intercessione receperunt. Aquam in vinum convertit, aliaque complura mirabilia patravit; inter quae illud non silendum, quod muliercula, ad ejus castitatem tentandam missa, in ardentibus prunis humi stratis, illaesum se volutarit. De qua re certior factus Rogerius, Neapolis Rex, in summam viri Dei venerationem adducitur. Demum tempore sui obitus Regi aliisque praenuntiato, innumeris virtutibus et miraculis clarus obdormivit in Domino anno salutis millesimo, centesimo quadragesimo secundo.

R. Iste homo etc.

IN III. NOCT. Homil. in Evang. Ecce nos reliquimus omnia, ut in Comm. Abbat.

DE-



DECRETUM  
Urbis et Orbis.

Cum Serenissimus Sardiniae Rex per suas peculiare Litteras Pio PP. VI. non minus pie, quam enixe supplicaverit pro extensione ad utrumque Clerum Ecclesiae universalis Officii et Missae de Comm. Conf. non Pont. cum oratione et Lectionibus secundi Nocturni propriis, nunc denuo de mandato Sanctitatis Suae revisis et correctis S. Gulielmi Abbatis, Fundatoris Benedictinae Congregationis Montis Virginis; Sanctitas Sua benigne precibus annuens, audito etiam R. P. Carolo Erskine Fidei Promotore, ad relationem mei, infra scripti Secretarii, petitum Officium et Missam recit. ac celebr. singulis annis die vigesima quinta Junii in memoriam ejusdem S. Gulielmi Abbatis ab omnibus tam saecularibus quam regularibus utriusque sexus Christi fidelibus, qui ad Horas Canonicas tenentur, sub ritu duplicis minoris, servata tamen Rubricarum dispositione, praecepit.

Die 24. Augusti 1785.


J. CARD. ARCHINTO, PRAEFECTUS.

Loco ✠ Sigilli.

Julius Maria de Somalia,  
S. R. C. Secret.

---

Paderbornae, typis et sumpt. J. W. Junfermann.






Buchbinderei

J. Blasberg

Meisterbetrieb

62331 / 45739

28. NOV. 2017



MANVOLIIT SEQUENTIUM FESTORUM

P  
06

KONVOLUT SEQUENTIUM FESTORUM